

DISSERTATIONIS,
DE
BIBLIOTHECARIIS
ACADEMIÆ ABOËNSIS,
PARTICULA DECIMA SEXTA.

QUAM,

ANN. AMPL. PHILOS. ORD. AURAIKO,

publico examini,

in Auditorio Jurid. die XXII Junii a. MDCCCXXVII,
h. p. m. f.

PRÆSIDE

Mag. FREDR. WILH. PIPPING,

*Hist. Litter. Prof. Publ. Ord. & Biblioth. Acad. Præfecto,
Imp. Ord. de S:to Wladimiro in IV:a Classe Equite,*

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS,

modeste subjicit

GUSTAVUS ADOLPHUS UHLENIUS,
Nylandus.

ABOÆ, typis FRENCKELLIANIS.

THESES.

I.

In vera gentis uniuscujusque dignitate dijudicanda tanti faciendum non esse censemus siue bellica virtute siue civili prudentia immortale nomen, Historia quamvis semper celebrandum summisque laudibus evehendum, quin potius omni cura animum advertamus in vim, quam in litteris cæterisque humanitatis artibus colendis exseruerit, & quo modo ad culturam generis humani promovendam plus minusve contulerit, perpendamus.

II.

Re ita pensitata, nemo certe Græcos cæteris cænx vetustatis gentibus, litterarum studio maxime conspicuis, palmam præripuisse non concedet, nisi qui, opinione quadam iniqua infectus, omnem, qua semper celebrati sunt, illis detrudere velit laudem,

III.

Multas quidem ab aliis nationibus didicisse Hellados gentem scientias, negare haud licet; herbis autem similes, quæ, in bonum transpositæ solum, lætiores virent & pulchriores fundunt flores, in Græciam transvectæ litteræ, diligentissima cura & felicissimo successu cultæ, nec non fecundissimi Græcorum ingenii dotibus brevi auctæ, originis exterræ speciem haud diu præ se tulerunt.

IV.

Idem de Romanis, Græcorum imitatoribus, prædicari haud potest. Quamvis enim inter eos extiterint summa ingenia, admiratione haud dissimulata omni tempore dignissima; re tamen vera Græcam excellentiam attingere numquam valuerunt, & ut omnes fere quas coluerunt litteræ originis fuerunt exterræ, ita & natales suos hæc nunquam non prodiderunt.

V.

Qui vero studiorum litterariorum successum Romanis minus prosperum inde derivare volunt, quod ingenio caruerint omnique litterarum amore, in eadem versari videntur culpa atque illi, qui nimia eorundem admiratione capti, summis laudibus omnia eorum accumulunt. Nullus igitur locus dubio videtur relictus, quin Romani, haud secus ac Græci alique cænx vetustatis populi cultiores, suam habuerint poësin nativam, licet rudis hæc & inculta ipsa, consummatæ Græcanicæ doctrinæ, Romam interim translata, frugibus cedens, parum adjumenti ad populum erudiendum afferre valeret.

tempore Theologiæ Professore Ordinario, evulgatis (yyyy), observatum esset, *versiones Bibliorum Sacrorum vernaculas sapius discedere a mente Spiritus Sancti* (zzzz). In Comitibus sequentis anni ad Clerum etiam Regni eadem fere de iisdem detulit, opus quoque Biblicum Exegeticum majus Svecanum, eorundem studio nuper vulgari cœptum, simul percellens.

U

Oc

yyyy) Auctorem harum *Dispositionum* se postea profusus est GEZELIUS *Junior*.

zzzz) Ipso PETRÆI libello, cujus exemplum inter Manuscripta Gezeliana Bibliothecæ Academicæ reperimus, his exponitur res verbis: "Stoormechtigste Konung, Allernädigste Herre! Eders Kongl. M:ts höga omvårdnat, så om heela Sveriges Rijkets vålfånd, som och vår Christelige *Religion* påligger hvar och en underfåte tjidigt E:s Kongl. M:ts tillkänna gifva, hvad som förnimmes der emoot löpa: Nu såsom Högarvyrdige Biskopen i Åbo *D. D. Gezelius* tillijka medh sin Son, hafver af trycket uthgå låtit till dhe unga Präster, om vår Svånske Bibell, en sådan *Observation*, att den åfta går från den H. Andes meening: Altså underfålles E:s Kongl. M:ts höga betånckande, om icke sådant år, beskylla Gudh den Aldrahögste, lijka som skulle han intet veelat tillåta dhe Svånske uthtolckare, den H. Svånske Bibell, efter den Helge Andes meening, förfårdiga? hvarutaf mången medh samveets bekymber quällis mätte, om den helge Svånske Bibell (: som här till dags brukelig varit:) må behollas eller icke? Dhe lärde män (: och gode Svånske:) som hafve råkat försee sigh emoot en och annan deel uti *Catechismo*, åre derföre ifrån sine Biskops embeten affatte, och deras förargelige Skriffter *confiscerade*: Fast störrre förargelse år denne ofttabemite nembl, att en Svånsk man, uti fast otrångde måhl, den Svånske *Nationen* och dhe Sahl, *translatorer* till neels; Samveten till onyttig oroligheet; och till förtvijflan om Guds oplysning; allenast sigh sielf till *honeyur*, och våra *religions* vederparter till behag; hafver af sitt tryck låtit uthgå, att vår Svånska Bibell ofta går ifrån den H. Andes meening; hvilket E:s K. M:ts underdånigst att upfåckia, intet hafver kunnat underlåta, om Eders Kongl. M:ts Allernädigste hågn, försvar och befordran i största ödmjukheet underdånigst *Supplicerande*. — Eders Kongl. M:ts, Allernädigste Konungs och Herres allerunderdånigste Underfåte och trolige stedse förebidiare *Andreas Petræus Prof. Ab.*"

Occurrentibus autem GEZELIIS, optimo animo contexta opera sua innocentissima nonnisi sinistra admodum verborum interpretatione falso adeo argui posse (aaaaa), minoris initio æstimateda res jacuisse fere videtur (bbbb), donec a. 1682 ad locum tertii Theologiæ Professoris transiturus PETRÆUS novum cecinerit signum, in Oratione sua introductoria & Monitum illud de versionibus vernaculis a mente Spiritus Sancti descendibus, & in Exordio Hebr. X. 22 Dispositionis novæ Homileticæ Textus Pœnitentialis Concionis secundæ diei tertii Solennium Precum currentis anni, GEZELIO *Juniore* auctore adducta verba, de *aqua Baptismi, sacramento regenerationis,*
quod

aaaaa) Argumenta codicillorum utriusque partis concepimus ex schedis tantum Gezelianis variis, maxime ex *Apologia*, de qua infra, nec non ex *Indice* a GEZELIO *Juniore* Holmiæ d. 27 Oct. a. 1686 factæ, cujus duo inter illas exstant exempla, alterum prototypum, manu ipsius auctoris exaratum inscriptumque: "Summarisk berättelse om Mag. *Andreas Petri* injurier emot Biskopen i Åbo och Superintendenten i Narven", alterum mutatis quibusdam transcriptum, hoc titulo: "Summarisk Berättelse om Mag. *Andreas Petri*, *Profesoris Theologiæ* i Åbo injurier emot min H:de K. Fader, Biskopen dârsammaflâdes, och emot mig", cui & nomen subscriptum est, quo caret illud, & addita sunt de negligentia PETRÆI atque propter eam sæpius repetitis GEZELII Patris monitis nonnulla, testimonii causa simul adjungendis Actorum Consistorii Academici ann. 1665 — 1686 locis plurimis atque programme, in inauguratione successoris PETRÆI ad Professionem Physicam edito, ulterius probanda. Operculo hujus inscriptum GEZELII ejusdem manu legitur: "Index injuriarum a M. PETRÆO nobis illatarum cum actis suis, inleſvererat d. 5 Nov. 1686 effier H:s Höggreff. Excell. H. Greff BENGT OXENSTIERNAS befallning". Quibus verbis intelligi, S. Regiæ Majestati oblatum fuisse eundem Indicem, ex schemate quodam epistolæ, ad Regem a GEZELIO *sen.* eodem tempore scriptæ, didicimus.

bbbb) Prohibiti tamen litteris Regiis sunt GEZELII d. 13 Febr. a. 1680 ullam SS. Bibliorum partem sine prævia Consistorii Regni censura publicare.

quod ita mundet animam, ut nihil mali per corpus exequatur, acriter carpens atque iis qui talia hæreseos semina sparserant pestilentissima horrendum facinus publice imputans, quemadmodum ab adversariis ex Orationis illius serie passim excerpta hæc fatius probant: "Moderni nostri Regis Clementissimi temporibus publica luce donata sunt seminaria hæreseon virulentissima, nam A:o 1679 admoniti sunt Concionatores juniores &c. — Horribilis de versione Bibliorum ut & beatæ memoriæ translatoribus sententia publici juris facta. — Horrendum facinus — Scandalum. — Beati translatores coram Sacerdotibus junioribus accusati sunt, fœcordiæ, inscitæ, seductionis, idque contra octavum Decalogi præceptum Dei summi judicis, in opprobrium totius Cleri Svecani, in contemptum Sacratissimæ memoriæ Regis Gustavi magni & posterorum, in anxietatem conscientiarum, in summum Diabolo & Pontificiis omnibus gaudium. — Effectus tanti studii erit vel Epicureismus, vel plane & in totum Atheismus. Inferitur absolutum Calvinianorum hoc etiam in negotio decretum, Deum scilicet per illos seductorem agere omnia, etiam favet condemnatio versionum bibliorum linguæ vernaculæ adversariis nostris vaferrimis Pontificiis & Jesuvitis. — Imo nos & præsertim versionem — opus habere traditionibus humanis, & quod inde sequeretur, Religionem nostram esse incertam, inconstantem, — sic cogemur — largiri Religionem nostram esse vanam & profanam, Papisticam autem esse Catholicam, Antiquissimam, Stabilem, Inconcusam. — Ecclesiam Filii Dei — in nostra Patria — collectam, minime sperabam offendiculis falsæque religionis decipula & scandalis tanta celeritate obrui debere, sicut hac nostra ætate non sine multorum piorum gemitu accidisse videmus, Notetur quare? Scilicet quia pijsimorum virorum labor, qui sacra Biblia in nostram transtulerunt linguam jam contemnitur, imo quod dolendum est damnatur, sic ille sic ego sic omnes *ἡνθρώπων* Lutherani — nunc conqueri cogimur usque dum

debita pœna abominabilis — — sententia vindicata fuerit. —
 — Argumenta quibus — — condemnatio stabiliri posse videtur, partim esse puerilia, partim falsa, omnia autem nihil magis quam ficulnea. — — Blanda verbi Dei sed in alienum, in contrarium sensum expositio, ex arrogantia auctoris prognata, quo omnibus aliis in Svecia, ni fallor etiam Germania (cum Megalandrum rudem linguæ Hebrææ pronunciare non vereatur) dignior haberi possit. — — Blanda quippe illa Baptismi efficaciam — — auxesis Pelagianam redolet hæresin, imo ex parte Pontificiam, nec procul abest a protervia Paracelsi, Veigelij & consimilium, nova Religione intumescens. Sed e diametro ipsius Jesu Christi verbis contraria. — — Ex his fidei salvificæ observationibus qui notitiam non acquirit vel acquisitam firmiter non retinet, — — is extra omnem dubitationem hæreticus habendus est, itaque cum istæ observationes fidei salvificæ dogmati sæpius repetito quod aqua baptismi ita mundet animam ut nihil mali per corpus exequatur, adjunguntur, adparebit hoc dogma cum omnibus in universum observationibus fidei salvificæ pugnare. Primum enim extenuat peccatum originale, imo tollit plane — — Concupiscentiam — — negant peccatum esse vaferrimi Pontificij, Pelagiani, Photiniani, Paracelsistæ, Veigel & istud dogma recens Pelagianum — — peccatis vero actualibus nullatenus subjectos esse baptizatos dogma id damnatum pertinaciter urget. — — perniciosum dogma novo Pelagianum. — — Sed hæc refutatio gliscentis hujus hæreseos & prioris ut hac vice sufficienter produci nequit, sic aliàs (?) cum amplissima nostra Facultate Theologica illa curæ nobis cordique erit, qua ratione in herba suffocari possint, siquidem istæ hæreses primam illam hæresin æmulantur.” (ccccc) — Contumeliam præterea publicam,

ccccc) Ex epistola JACOBI FLACHSENI, eo tempore Theologiæ Professoris secundi & Academiæ Rectoris, die XI Nov. a. 1682 ad Episcopum Procancellariumque GEZELIUM scripta, constat, injunxisse

cam, non minus in Oratoris sacri quam doctoris Academici officii administrandis, PETRÆUS malis verbis continue exaggeravit, in lectionibus scilicet publicis nec non in concione sacra Svecana, Dominica ejusdem anni tertia Adventus ante meridiem in templo Cathedrali Aboënsi pronunciata, hæreseos atrocissimæ GEZELIOS aperte admodum infimulans (dddd).

Quæ cum Procancellario, in Comitialibus negotiis gerendis Holmiæ occupato, & Filio, novo sibi delato Superintendentis munere Narvæ jam fungenti, nuntiata essent, Regem Clementissimum, Cancellarium Academiæ, nec non Comitem MAGNUM GABRIELEM DE LA GARDIE, Regni Drotzetum, penitus exploratis omnibus quæ rem illustrarent, vere anni sequentis post Patris reditum supplicibus implorarunt litteris atque obtestati sunt, maxime ut injungeretur Archiepiscopo Regni Sveciæ & Facultati Theologicæ Academiæ Upsaliensis cognitio atque censura criminis sibi imputati oratione inaugurali PETRÆI, causam propterea coram dicturi in medio mensis Junii, quodam sub pœna graviore dando die, forumque (potissimum Senatus Regius) determinaretur, quo deinde æstimatione injuriæ tantæ legitima famæ læsæ pœna calumniatori irroganda esset (eeee). Spe rati appensa quoque his statim fuisse viden-

Senatum Academicum PETRÆO, nec plane invito, ut petenti Procancellario vel autographum, vel ex hoc rite descriptum Orationis inauguralis exemplar impertiret; qua igitur, et in Actis Consistorii haud indicata, via Orationis illius factam existimamus GEZELIO copiam, unde brevis deinde fluxit iniquorum verborum notatio, ex schedis Gezelianis in Bibliotheca Academica servatis in lucem publicam hæc producta.

dddd) Vid. Testimonia varia Episcopo GEZELIO in Senatu Academico, d. 2 Maji a. 1683 roganti suppeditata, quæ habet Percelebris J. J. TENGSTRÖM l. c. pag. 175 sq.

eeee) Prototypa litterarum earum in collectione Manuscriptorum Gezeliana supersunt, nec non annotata alia, varia, unde de calumniis

dentur & *Apologia* d. 31 Mart. a. 1683 Latino sermone conscripta, Theologorum Upsalensium iudicio submittenda, quam in manibus habemus, cujusque Pars prima *de intentata hæresi ob studia emendandi S. Biblia*, altera *de phrasi Baptismum concernente in Exord. Dispos. Homilet. 1682 die Pœnit. III Conc.* II agit, & supra recensita *Verba iniqua M. And. Petræi in Oratione introductoria, de quibus quæreretur, liberatis Homiliis & instituto Biblico ab hæresos imputatione, annon pro meris & secundum Divinam & humanam legem castigandis calumniis haberentur?* Citatus igitur est PETRÆUS Regiis literis diei 20 Aprilis Upsaliam, ad causam coram Archiepiscopo & Theologorum Ordine, optato illo tempore, in medio scil. Junii, sine ulla tergiversatione orandam (ffff). Nec acceptæ

cæteris, quarum mentio in illis facta non est, separatim cum PETRÆO in jus ire, constitutum fuisse adversariis cognovimus.

(ffff) SVENONIUM, quo fautore utebatur PETRÆUS, in jus simul vocatum fuisse (vid. J. J. TENGSTROM l. c. pag. 177), persuadere nobis non possumus. Præterquam enim quod Protocolla Consistorii Academici tale nil indicent, SVENONIUM etiam in Actu Academico, quo Disertatio sua *De Peccato Originali, Lytrodoxiæ Jesu* Disp. VII. paginas 97 — 112 complens, Respondente NICOLAO RYDENIO, pro Stipendiariis examinaretur die XI Novembris a. 1682 (Rubrum quidem d. 7 Oct. habet, sed publico examini subjectam fuisse Disertationem hanc, nescio quam ob causam, die XI Nov. demum, tam ex iis, quæ in sua *Diatribæ Theologica de Apostolicæ veritatis hostibus Arminianis*, Resp. GABR. HAGELMAN, *Lytrodox. Jesu* Disp. XII. pag. 177 — 199, auctor ipse pag. 188 enuntiavit, quam ex epistola Professoris JAC. FLACHSENIJ supra nota ccccc commemorata, liquet), præfaminis loco factis circa quæstionem: *an Baptismus ita mundet animam, ut nihil mali per corpus exequatur*, verbis, scrupulos ex animis & litigantium & aliorum audientium eximendi consilio maxime, sine præjudicio quidem alicujus rem tetigisse constat, quemadmodum in Senatu quoque Academico d. 2 Maji a. 1683 testatus est, auctorem se fuisse PETRÆO ut injuriis in Oratione inaugurali parceret. Neque ante annum 1684 acriore causæ censura partes adversarii Gezeliani publice suscepisse visus est.

ceptæ die 2 Maji huic vocationi, quod propria manu exarata & in fidem rei Secretario Academix porrigenti tradita, hodie adhuc superflite, confesus est schedula, non paruit; in pro-
 cinctu autem temperare non potuit linguæ, quin maledicta in
 Episcopum suum, præfente rudi & agresti multitudine, immo
 cælestis Patris in æde, qui placabilitatem atque clementiam di-
 vino suo exemplo terrigenis tantopere commendavit, ex sug-
 gestu scilicet tam Nondalensis quam Merimaskoënsis templi,
 publice sæpius ingereret (ggggg), novo ab emendatione ver-
 fio-

ggggg) Vid. J. J. TENGSTRÖM l. c. pag. 175 sq. — In Actis Consi-
 storii Ecclesiastici Aboënsis autographum legimus cujusdam ANDREÆ
 PRÜRZ, Causarum forsitan Patroni, testimonium hoc: "Det en gam-
 mal man Erich i Kulliniemi och Hendrich i Mustike torp, begge af
 Merimasko Cappel giæld refererade uppå Tatis, fierde dagh Pingst,
 enår de kommo från Kyrkian, huru såsom Profesorn och Kyrckio-
 herden i Näendahl, H. Mag. Andr. Petrus hafver då på Cantzel-
 en tillkännagifvit, att han efter Kongl. Maj:tz befalning skulle
 reesa till Stockholm, i synnerheet att försvara råtta troon, emedan
 H. Biskopen Högvyrdige Doctör Johan Gezelius skall vela en an-
 nan troo inplastera, hvilken och hafver förvåndt den heliga Bibe-
 len. Attesteres här med af Åbo d. 16 Jun. a. 1683." quod ansam
 dedisse videtur Capitulo cognitionis illius a GREGORIO KULHOVIO
 (ita legendum est nomen viri, quem aliis locis CULHOVIUM etiam
 inscriptum vidimus) & Nic. FONTELIO factæ, quemadmodum ex
 autographo horum descripta quoque probant hæc: "Pill ett öd-
 mjukt följe, efter det Högghvördige Dooms Capitletz till ofs un-
 dertecknade befallningh, vore vij vijdh underskrifen tijdh tillstå-
 des vijdh Merimasko Capellgiälds Försambl. då efter ofs gifne up-
 lāsne Fullmacht i Försambl. närvaro Remonstrerades Försambl.
 det varit berättat vår Högghvördige Biskop H. Doctori Johan-
 nes Gezelio och det Högghvördige Dooms capitlet i Åbo, huru så-
 som Profesorn och Pastor här i försambl. den Höggh Ehrevyr-
 dige M. Andr. Petrus, skulle 4:de dagh Pingest nestledne valedi-
 cicerat denne Försambl. och således föört sit thaal nembl. det
 han nu varit sinnat efter Hans Kongl. Maj:ts allernådigste befall-
 ningh at reesa till Stockholm till at försvara den råtta troon, eme-
 dan Biskopen Högghvördighe, Doctör Johannes Gezelius skall vela
 een annan troo här inplantera, hvilken och hafver förvåndt den

tionis SS. Bibliorum Fennicorum, quorum novam editionem paravit GEZELIUS (hhhhh), argumento petito. Contra adversarium consistere vero recusantium & *Apologia* illa, cum addita eidem d. 2 Junii *Mantissa*, nec non iustitia causæ suæ, per procuratorem, Poëteos in Regia Litterarum Universitate Upsaliensi Profesorem, Mag. JOHANNEM COLUMBUM, agendæ confidentium GEZELIORUM neuter Upsaliam vocatus est. Re itaque ex scriptis tantummodo his atque ex confessione PETRÆI cognita, censuram ejusdem fecerunt Archiepiscopus, Decanus & Profesores Facultatis Theologicæ Upsaliensis eam, quam d. 24 Aug. e. a. Sacræ Regiæ Majestati submisit oblatam descripsit Percelebris J. J. TENGSTRÖM l. c. pag. 177 sqq. Aucta

H. Bibel. Dy tillspordes på det aldranogaste, de förnämste och äldste i Försambl. som nu tillstådes voro, och då i samma *Valediction*s predikan närvarit, om och det skulle förvisso sålunda i sanning vara, att H. *Profesor Mag. Petrus* å Cantzelen skulle hafva så talat och sagdt? så ville våhl af gemeene Försambl. ingen der medh först uth; å sijdlychtone *provocerades* Predikanten och *Capelanen* der sammastådes Vyrdige och Våhlärde H. *Matthias Coræus*, och förmaantes det han oundvikligen skulle sielfva sanningen *referera*, huru medh samma *valediction* skulle beskaffat varit; det han och sedan *Publice refererade*; at *Profesor Mag. Andreas Petrus* sålunda skulle på Finska sagdt: Minun pitå nytt" &c. — Alia etiam schedula testatus est idem KULHOVIUS, PETRÆUM, narrante Pædagogo Nondalensi JOHANNE URNOVIO, die Pœnitentiali secundo s. mensis Junii 8 e. a. ufum fuisse in concione Nondalæ pronuntiata iisdem ac in Merimaskoënsi verbis. — His autem adjectum CORÆI testimonium hoc: "Högl. Herr *Profesor* och *Pastor* i Nädendahl M. *Andreas Petrus* valedicerade sin försambling i Merimasko *Dominica 9:a Trinit.* efter förrätta Guds tjensten efterföljande ordh taalte. *Nin cuin ennån mutamia vuosia, minå menån Ruotzin värån uskon tähden, ja nin cuin ej se vielä nykkån tahdo lakata — minun töyty mennå ja sitå sama muistuta hänen Kuningalifelle Maj:t:lle*, hvilket så i sanning vara vittnar *Matth. B. Coræus*, Predikant i Merimasko," ad subsequents tempora referendum esse videtur.

hhhhh) Vid, J. J. TENGSTRÖM l. c. pag. 195.